Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 3)

Seite 583



quando fructus vinearum et arborum sunt maturati et delectabiles, isti Alamanni simplices quoque ad hoc credentes se esse in propriis vel quia famuli magni principis i. e. Romanorum regis, non solum pro sacietate fructus carpebant sed pro gula et nausea diripiebant et calcabant destruentes sepes et arbores, irrumpentes etiam domos et bona quaeque hominum et amicorum impie diripientes, atque pro sua luxuria feminis, cujuscunque essent conditionis aut status, illudentes et quasi oves non habentes pastorem incedentes et mille mala hominibus facientes accusati sunt principi ac duci Lombardiæ tunc dicto Philippo Maria, qui semel bis et tertio bono zelo suos ad ipsos clientes ac familiares misit orans et hortans, quatenus pacifice transirent terminos et dominium ejus et quæ facta sunt, licet satis male, ipse velit dissimulare ob reverentiam domini sui regis Romanorum et ut desinant omnino deprædare suos aut feminas bestialiter vexare, alioquin necesse erit, sibi de remedio opportuno providere etiam multum seriose. Itaque illi filii Belial nullo pacto acquiescentes immo reclamantes cunctis avisatis factis atque credentes nullo modo manum eis audere ducem imponere, subito et improvise ipse dux cum suis paratus et armatus irruit super illos cædendo captivando et turpiter de suo dominio ejiciendo. Imperator autem futurus, ut æstimabatur, rex Romanorum per aliam et inferiorem viam per Karinthiam videlicet et Forum Julii intravit, veniensque Paduam cum uxore sua et inclitis principibus et baronibus per Alamanniam hinc inde collectis, nil mali seu adversi suspicans accipere posse, aliquantis Paduae diebus repausabat. Subito ergo cum omnia in pace crederet suo cursu transire, advenit nuntius Chusi et malum apportavit nuncium ei, quia certe omnis exercitus et omnis militia turpiter fugata multis interfectis et mutilatis atque ergastulis detentis. quod rex audiens et tam turpiter videns se confusum ingemuit ipse et omnes sui induerunt lamentum et confusionem, sicque plus præ scandalo et confusione quam præ miseria vel paupertate retro cedens Romam minime vidit reversus unde exierat. Obiit autem postmodum anno d. 1410 in die trinitatis hora 3 diei, quæ fuit 17 (l. 18) die mensis Maji in Oppenheim.

Aus einer Chronik der Kaiser und Päbste bis Friderich III. in der Hs. zu St. Gallen Nr. 953, S. 162 flg. Sie ist wahrscheinlich in Oesterreich geschrieben.

### 1408. Carthaus in Basel.

Anno 1408. pro ecclesiæ erectione fodere coepere operarii fundamentum, priore inchoante aliisque fratribus consequenter ac deinde laborantibus, opus dirigente in omnibus fratre Johanne de Ungaria, tunc clerico reddito domus Argentinæ postea per plures annos monacho et priore domus portæ montis ord. Cartus., qui ut publica de eo fuit vox et fama in arte lapicidæ et muratorum non habuit in Alemania similem sibi et successivis temporibus plures in ord. Cartus. erexit domos.

Chron. Heinrici prioris. cap. 15. in der Bibliothek zu Basel.

### 1419. Barfüßer.

Anno dom. 1419 do waz daz erst groß cappittel [der Barfüßer] ze Kolmar und waz daz erst, daz der Langenberg hett.

Hs. zu Bern, Nr. 45, Bl. 294

### 1419. Prediger.

Anno dom. 1419 capitulum generale ordinis prædicatorum celebratum est apud Friburgum provinciæ Theutoniæ.

Hs. zu Basel E. III. 13.

### 1436. Barfüßer.

Anno dom. 1436 do waz daz groß cappittel der Barfüssen ze Zürch und was provincial brůder Jos Langenberg von Ubeerlingen und brůder Johannes Heym von Vilingen, der was custor, und waz daz ander cappittel.

Hs. zu Bern, Nr. 45, Bl. 294.

### 1440. Preise der Lebensmittel zu Ueberlingen.

Anno d. 1440 do wart geben ze Ubeerlingen 1 fiertel erbsen und 1 fiertel bieren und 1 fiertel rieben und 1 fiertel win daz alles sand gelich umb 10 schill. haller.

Hs. zu Bern, Nr. 45, S. 295.

### 1446. Frost. Weinpreis.

Anno d. 1446 do erfrór der win am balmåbent und am balmtag und am mentag im ganzen tütschen land an dem Rin, an dem Neker, im Bryssgőe, im Elsess und am Bodensee und in vil enden fust und gab man den win am Bodensee 1 fůder umb 4 und sechzig pfund haller und aber gab man 1 fůder win umb 8 und achzig pfund, haller und der abt von Salmaschwiler, der gab ein fůder umb hundart pfund haller.

Hs. zu Bern, Nr. 45, S. 295.

### 1434. Verzeichniß der Mainzer Erzbischöfe.

Nomina episcoporum ecclesie Maguntinensis.

Creusius. Marinus. Suffriginus. Bodardus. Ruodarius. Aureus. Maximus. Sidonius. Sigismundus. Leudegasius. Petelinus. Lantmaldus. Lanobaldus. Rigebertus. Geroldus.

Nomina archiepiscoporum Maguntinensium.

Bonifacius obiit 751. Lullus ob. 786. Richolfuss ob.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1863-3/0591
© Universitätsbibliothek Freiburg